Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-415931-p0001-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-415931-p0002-6

# PROCANCELLARIVS
## D. TRAVGOTT THOMASIVS
DOMINVS HEREDITARIVS IN ABTNAVENDORF
FACVLTATIS IVRIDICAE SENIOR

SVMMOS

IN VTROQVE IVRE HONORES

AMPLISSIMO CANDIDATO

IOANNI AVGVSTO NEVMANNO

MARTISBVRGENSI

D. XXVI. IVLII MDCCLXX.

TRIBVENDOS INDICIT

---

*THEMA*

*de*

*Iure mutatae monetae hodiernae.*

KOENFRIED.
UNIVERS.
ZV HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-415931-p0003-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-415931-p0004-7

DE

# IVRE MVTATAE MONETAE HODIERNAE.

§. I.

Dici, et recenſeri vix poſſunt lites et controuerſiae iudiciales, quae ortae ſunt, cum, tempore belli ab anno 1756. vsque ad 1763. triſtiſſimi, corruptiones monetarum factae. Ex quo laeſiones non ſolum in emtionibus et venditionibus, ſed etiam in locationibus conductionibus, immo in mutuo, et ſubhaſtationibus, nec non in ſexcentis aliis Contractibus ortae, quae triſtem ſaepius euentum, inprimis poſt factam anno CIↃIↃCCLXIII. reductionem huius monetae, principis effigiem et annum falſum ſimulantis, habuerunt. Querelae motae a venditoribus de-

 ceptis,

ceptis, a locatoribus, Creditoribus, pupillis, aeque ac maiorennibus, de coercenda impia lucri captandi iniquitate, ſub tegmine partim pretii emti et locarii non rite ſoluti, partim mutui in non iuſta bonitate redditi. Operae itaque pretium eſſe duxi, ad ſtateram iuris et iuſtitiae omnia ſigillatim expendere, et ad certas regulas cuncta reuocare.

## §. II.

*In Contractu emti venditi reſpiciendum ad tempus Contractus, non ſolutionis.*

Et primo quidem, vt a *Contractu emtionis venditionis* incipiam, tenenda eſt regula: Soluendum pretium emti in moneta, quae fuit *tempore Contractus* celebrati, vſitata, ſi moneta vilior et *deterior* poſt contractum introducta eſt. Eſt enim hic Contractus conſenſualis, adeoque in monetam *tempore Contractus* nondum exiſtentem, conſenſum dediſſe non praeſumitur venditor. Licet autem tempus *ſolutionis* reſpiciendum eſſe videatur, quia Contractus *bonae fidei* adeſt, *nullaque* certa *ſpecies* monetae determinata a contrahentibus, et *valor extrinſecus* tam in vili, quam dura moneta, aequalis deprehenditur; in monetae tamen mutatione *interna* eius *bonitas* reſpicienda, alias enim emtor venditoris damno *locupletior* fieret.

Sic emtor aedificii anno 1753. promittens, ſingulis *terminis*, qui vsque 1761. procedebant, pretium emti ſoluere, anno 1760 offerens hoc pretium in vili moneta illa, tempore belli perperam introducta, (*Ephraimitten*) venditore vero denegante eius acceptationem, quia *tempore Contractus* non extitit in *rerum natura*, condemnatus eſt, meliorem, quae tempore Contractus extitit, monetam

tam ſoluere, per ſententiam in Fac. Lipſ. d. 11. Iul. 1761 latam :

*Dieweil bey verſchiedenen Münz Veränderungen ordentlicher Weiſe auf* die Zeit des Contracts, *als nach welcher der* Conſenſus Contrahentium *ſich richtet, zu ſehen; ſo iſt Beklagter des beſchehenen Einwendens ohngeachtet, die libekirten verfallenen Haus-Kaufgelder, ſammt denen aufgelaufenen Zinſsen, in denen* zu Zeit des geſchloſſenen Kauf Contracts gangbaren *und* unverruffenen Mandatmæſsigen Münz Sorten, *in ſo weit ſie durch richtige Quittungen nicht zu vermindern, Klägern zu bezahlen ſchuldig. V. R. W.*

## §. III.

*Currens moneta quae ſit?*

Diſceptari equidem ſaepius ſolet, quid per *currentem* monetam (*gangbare*) intelligendum ſit: Sane *prohibita*, et quae *de facto, aut ob calamitatem belli,* in commercio *vulgari*, valorem habet, ſubintelligi nequit, ſed ea, quae in mandatis monetalibus permiſſa, et *approbata* eſt. Hinc emtor ad ſoluendum pretium emti anno 1751 currente moneta condemnatus, non poteſt offerre anno 1763 monetam iam prohibitam, v. g. *Batzen, Creutzer* licet anno 1751. vsque 1753. in vſu fuerint. Conuentionalem potius monetam ſoluendi obligatus eſt, ob moram in ſoluendo commiſſam. Licet enim ad tempus *Contractus* reſpiciendum ſit, ſecundum Conſtit. Electoral. 28. P. 2. et 1751. et 1753. *Batzen und Churfürſtl. Sächſsl. Groſchen* moneta vſitata, vilior fuerit 16, 20, 25. a Centum thaleris, ac maiorem valorem *externum* quam *internum* habuerit, comparatione inſtituta cum *conuentionali* moneta, adeoque detrahendum eſſe videatur id, quod



con-

conuentionalis *melior* eſt illa, tempore contractus vſitata. Quia tamen in emtione, moneta currens non *minuta*, ſed *graſſa* intelligitur, et *mora* debitoris perpetua non imputanda Creditori, ſiquidem caſum ſentit dominus, vti diſpoſitum *in Conſtitut. Elect. 28. P. 2. Wenn aber der Schuldner* in mora *geweſen, und es entſtünde dem Gläubiger daraus ein* Schade *oder* Abbruch *der Münze etc.*

En ſententiam Fac. Lipſ. Menſ. Febr. 1765.

*Dieweil unter der im Contracte verſprochenen* gangbaren *Münze, nur diejenige, ſo nach denen* Landes Geſetzen erlaubet, *zu verſtehen, die Batzen und Creutzer aber, im Jahr 1751 in Sächſſl. Landen darunter nicht begriffen geweſen, geſtalten das Fol. --- befindliche Atteſtat, nicht von* Patentmæſsger Münze *ſondern ſolcher, ſo* de facto *rouliret, zu verſtehen, hierüber Beklagter* in mora ſoluendi *ſich befindet, ſo iſt er des beſchehenen Einwendens ohngeachtet, die libellirten Tagezeiten à 95. Gülden in ietzigen Conventionsmæſsigen Münzſorten, ohne Reduction, bey Vermeidung der Hülſe zu bezahlen ſchuldig. V. R. W.*

## §. IV.

Atque idem, quod paulo ante §. 2. dictum, intelligendum etiam eſt non ſolum *a*) de *ſorte* olim tempore *probatae* in certa monetae ſpecie credita, nunc tempore *deprauatae* monetae, in partem pretii non ſoluti ſuſcepta ab emtore, ſine mentione monetae ſpeciei.

## §. V.

Sed etiam *b*) de pretio emti ad certos Terminos ſoluendo, (*Tagezeit Gelder*) vel pecunia ſtatis temporibus ſoluen-

uenda, (*Erbe Gelder*) ſi promiſſio ſolutionis futurae anno 1741. 47. 48. 49. facta ſit, (v. §. 3.) vel debitor condemnatur ad id *ſupplendum*, quod ſecundum bonam monetam ei deeſt. (agio)

*Daſs Beklagter* das Aufgeld *von denen ſchuldig geweſenen und in geringhaltiger Münze 1760. abgetragenen Erbegeldern an 100 Gülden, Klægern, bey Vermeidung der Nülſe zu bezahlen ſchuldig. V. R. W.*

## §. VI.

Niſi tempore *ſolutionis* melior moneta, quam tempore Contractus exiſtat, tunc enim ad tempus *ſolutionis* reſpiciendum eſt, id eſt, ſoluendum pretium emti in Terminis ſtatis in moneta *conuentionali*, ſine reductione, licet namque moneta vilis tempore *Contractus* fuerit, ſi tamen terminus *ſolutionis* poſt Mandatum nouiſſimum d. 18. Iun. 1763. emiſſum, incidit, in *conuentionali* moneta ſolutio omnino praeſtadda eſt. Quia exceptio a *regula* ſupra allegata in *Conſt. Elect. 28. P. 2.* formata, quod tempus Contractus ſit reſpiciendum, expreſſe ſtatuta in §. 10. Mandati mox allegati, verbis

*Si tempore ſolutionis melior moneta, quam Contractus exiſtat, Conuentionalis moneta ſoluenda, ſine reductione.*

*Da hingegen bey denen* wæhrenden Krieges *in* Kæufen *über unbewegliche Güter*, *bedungenen* Termin, Jahr- und Tagezeit Geldern, *ingleichen* Pacht-Mieth-Erb- und Laas Zins, *auch andern von übergebenen oder eingeræumten* immobilien *herrührenden*, annuas praeſtationes *betreffenden Contracten*, *die Zahlung derer nach* Publication *unſeres Münz Mandats* eintretenden Termine, *in ſo ferne derer Münzſorten halber ein anderes nicht ausdrücklich bedungen worden*, *denen disfalls haupt-*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-415931-p0009-8

*hauptſächlich vorkommenden Vmſtänden nach, in Conventions Gelde zu leiſten. Jedoch ſoll in Fällen wo aus dem Contract ein anderes zu inferiren, oder daſs die Contrahenten desfalls eine andere Abſicht gehabt, beyzubringen wäre, das* arbitrium *des Richters nicht ausgeſcloſsen ſeyn.*

Hinc venditor, vt pretium empti futurum in moneta, cujus valor detractus eſt, accipiat, cogi nequit, quia in lege allegata publica fundatam habet intentionem. Quare emtor agens contra venditorem ad recipiendum pretium empti promiſſum, in reducta moneta, quaſi tempus Contractus reſpiciendum eſſet, vbi determinata vilior moneta, repulſam tulit, in Fac. Lips. Mens. Decebr. 1764.

*Das Klägers auf Annehmung des rückſtändigen Kaufgeldes in Conventions Gelde, nach vorhergehender Reduction, auf die Zeit des Contracts, gerichtetes Suchen nicht ſtatt hat, jedoch ſind die in dieſer Sache aufgewendeten Vnkoſten gegen einander zu compenſiren und aufzuheben. V. R. W.*

Ratio · Decidendi.

*Obwohl Kläger in der Meynung ſtehet, daſs Beklagter die libellirten Kaufgelder in Conventions Gelde, nach der Reductions Tabelle, anzunehmen verbunden, angeſehen in dem unterm 1. Nov. 1762. geſchloſſenen Kauf Contracte das Kauf Geld in Leipziger 8. Groſchen Stücken zu bezahlen ausgemacht, und in der Conſtit. Elect. 28. P. 2. das auf die Zeit des Contracts zu ſehen, feſtgeſetzt worden, dieſemnach daſs Beklagter zu Annehmung dieſes Geldes zu condemniren ſey, es das Anſehen gewinnet.*

*Dennoch*

*Dennoch aber und dieweil dieſe Zahlungs Termine zu Weyhnachten 1763. folglich nach Publication, des unter dem 18ten Iun. 1763. ins Land ergangenen Mandati eingetreten, und aber in demſelben Mandate daſs alle nachfolgende Kauf und Tagezeiten Gelder in Conventions-Münze ohne Reduction bezahlt werden ſollen, deutlich enthalten, Hiernächſt die 8. Groſchen Stücken nicht darum, daſs das Kaufgeld nothwendig in denenſelben bezahlet werden müſſe, ſondern daſs nicht noch geringhaltigere, damals gangbare Münze, als 1. Groſchen und 2. Groſhen Stücken oder Auguſtd'or angenommen werden dürften, in den Kauf Contract geſetzet worden, Dieſemnach Beklagter von der wieder ihn erhobenen Klage zu entbinden, jedoch die Vnkoſten, da auf beyden Theilen der Streit über die Zerrüttung der Münze entſtanden, zu compenſiren geweſen. So iſt. etc.*

§. 7.

Atque id, quod mox de *Terminis certis* (*Tage Zeiten*) dictum eſt, etiam a) ad *pretium* emti in *ſecuritatem tertii*, ſub vſuris relictum extenditur, quod ſcilicet in Conventionali moneta ſoluendum ſit: Sic in Actis publicis quondam conſpiciebatur hic Caſus: ***Extenditur haec regula ad pretium in ſecuritatem tertii relictum.***

Venditor actionem inſtituebat contra emtorem, qui 1761. in *Securitatem matris* prioris, debiti quotannis reſeruati, (*Auszugs:*) de pretio emti 200. *Thlr.* uſque ad mortem matris retinuerat, vt mortua ea 1764. nunc reſtituatur reſiduum pretium 200 thalerorum in Conventionali moneta, Secundum §. 10. allegati Mandati d. 18. Jun. 1763.

 Reus

Reus excipiepat §. 10. loqui de *Terminis ſtatis, (von Tagzeiten)* hic vero objectum litis eſſet pretium emti promiſſum, quod ob culpam Venditoris in praeſtando Reſeruato, in fundo in ſecuritatem ejus manſiſſet, adeoqun exceptio plus pititionis obſtaret, ſi venditor conventionalem monetam peteret ſine Reductione. Actor replicabat Mandati §. 10. loqui in *genere,* de omnibus *annuis preſtationibus,* de immobilibus faciendis, atque in praeſenti agi de relicta pecunia emti, in ſecuritatem annuae praeſtationis de immobili: Nec ex *culpa* venditoris, ſed ex *Conſtractu* emti ortum hoc debitum, et diem ſolutionis in mortem matris dilatum eſſe, eamque demum poſt publicationem Mandati allegati obiiſſe diem ſupremum. Et condemnatus emtor in Facult. Lipſ. Menſ. Mart. 1765.

> *Daſs Beklagter des beſchenen Einwendens ohngeachtet, und in Erwegung, daſs der vorgeſchützte Vorwand in dem 10. §. des unter dem 18. Iun. 1763. in das Land ergangenen allergnädigſten Mandats nicht gegründet, ſondern die rückſtändigen 200. Thlr. Kaufgelder, ſo auf einen gewiſſen ausgemachten Tag, nehmlich nach Klägers Mutters Tode haben bezahlt werden ſollen, geblieben, ſammt denen rückſtändigen Zinſsen Klägern zu bezahlen ſchuldig* Compens. Expens. *V. R. W.*

Audiamus alium caſum: Venditor agit 1763. Menſ. Septbr. contra emtorem qui anno 1761. aedificium emerat, et *pretium emti* ſingulis Terminis 1764-65. promiſerat, ad id in moneta *noviori* tempore introducta *conventionali* ſoluendum. Reus excipit ſe promiſiſſe monetam *currentem,* ſcilicet tempore *Contractus,* nempe $\frac{1}{3}$. adeoque Secundum Tabellam Reductionis ſoluere velle. Actor replicat monetam

netam determinatam eſſe eam, quae tempore ſolutionis currens erit. Et victoriam deportauit in Fac. Lipſ. Menſ. Septbr. 1763.

*Daſs Beklagter die rückſtändigen Kaufgelder*, (vel *die nach Publication des Münz Mandats eintreffenden Kauf und Tage Zeiten Gelder) in denen nach Maſsgebung des unter den 18. Iun. 1763. in das Land ergangenen Münz Mandats gangbaren Conventions Münzen ohne Reduction zu bezahlen ſchuldig V. R. W.*

Caſum alium huic ſubnecto: Venditor agit contra emtorem, qui fundum Menſe. Ian. 1763. emerat, et promiſerat Paſchatos tempore ejusdem anni primum Terminum pretii ſoluere. Hoc tempore Paſchatos emtor paratus ſolutionem praeſtandi, offerens ⅓ á 8. gl. quia tempore Contractus *tanti valuerint*, et in *ſolutione* ad tempus *Contractus* reſpiciendum ſit, non ad deſtinatae ſolutionis, Conſtit. Elect. 28. P. 2. Venditor vero recuſabat acceptationem hujus monetae, quia ea jam ad 5. groſſos devalvata per. Mandat. d. 14. Mart. 1763. adeoque ante *Paſcha* diminutio ejus facta eſſet, et Mandatum d. d. 18. Iun. 1763. huc applicandum, ejuſque §. 10. inprimis. Cum Conſtit. El. 18. P. 2. allegata non de *pretio emti*, ſed *mutuo* loquatur. Licet autem emtor vrgeret, legem ad caſus *futuros*, non *praeteritos* extendendum eſſe. Atque hunc contractum Menſ. Jan. initium, ſolutionem promiſſam eſſe Paſcha, Mandatum autem allegatum d. 18. Jun. 1763. *ſerius* publicatum, et *dicere: daſs die nach Publication dieſes Mandats eintretenden Termine in Conventions Gelde bezahlt werden ſollen.* Atqui hunc *Terminum* ſolutionis eſſe Paſcha, adeoque ante *Mandatum* fuiſſet. Vendi-

tor tamen obtinuit, quia regulariter quidem lex ad caſus *praeteritos* non eſt extendenda, hoc vero Mandato de anno 1763. expreſſe ad caſus *praeteritos* extenditur Sanctio Principis, quia tempore belli bona immobilia infra juſtum pretium vendita, poſt bellum autem juſto *pretio* iterum alienantur, adeoque venditoribus *laeſis* damnum eſt reſarciendum. Praeterea verba Mandati: *nach Publication dieſes Mandats*: intelligenda de Mandato d. d. 14. Mart. 1763. Et condemnatus eſt emtor ad ſolutionem in conuentionali moneta praeſtandam in Fac. Lipſ. 1764.

> *Daſs Beklagter des beſchehenen Einwendens ohngeachtet, die eine Helfte des Oſtern 1763. gefällig geweſenen Kaufgeldes Zahlungs Termines an 256. Gülden ſammt dem Intereſſe* morae *von ſothaner Zeit an, in Conventions Gelde Klägern zu bezahlen ſchuldig. V. R. W.*

Atque idem aſſerendum eſt b) de pretio emtionis in parata pecunia (*zum Angeld*) promiſſo tempore belli 1762. ſed non ſoluto; id enim in *conuentionali* moneta, ſi anno 1766. exigitur, ſoluendum eſt. Licet enim quis dubitare poſſit, an Mandatum allegatum d. d. 18. Jun. 1763. ſaltem praecipiat, vt *Termini pretii* emtionis (*Tage Zeiten*) in *conuentionali* moneta ſoluantur; tamen pecunia, quae ſtatim ſub initium Contractus promittitur (*Angeld.*) Si non determinato tempore ſolvitur, *vicem Terminorum* ſuſtinet, cum in mora ſolvendi fuerit emtor. Et ita pronunciatum in Fac. Lipſ. M. Dec. 1766.

> *Dieweil der in originali producirte Kauf, als eine gerichtliche Vrkunde, keiner* Recognition *bedarf, ſo iſt*

*Be-*

*Beklagter Inhalts deſſelben, die libellirten 250. Gülden Ehrenhülfe 66. Gülden 14. Groſchen Ausſtattung, ſamt dem Intereſſe* morae *von der Verfall Zeit an, in Conventions Gelde, ohne Reduction, Klägern bey Vermeidung der Hülfe zu bezahlen ſchuldig.* compenſ. Expenſ. *V. R. W.*

Rat. Decid.

*Dieweil alle nach Publication des unter den 18. Jun. 1763. ins Land ergangenen generalis eintretende Tagzeiten, nach Maſsgebung des 10ten §. nur beſagten Befehls, in Conventions Gelde bezahlet werden ſollen, die in dem unter dem 10. Auguſt 1762. geſchloſsenen Kaufe ausgemachten Angelder aber an 250. Gülden Ehrenhülfe, und 66. Gülden zur Ausſtattung, allerdings unter die Tagzeiten zu rechnen, angeſehen ſelbige erſt nach dem erlaſsenen generali eingetreten, geſtalten Kläger den 18. Ian. 1763. geheyrathet, und einen gewiſsen Tag oder Bedingung, nehmlich die Ehrenhülfe und Ausſtattung geſetzet, So iſt etc.*

Atque haec pro circumſtantiarum ratione dicta ſufficiant, reliqua quae de Contractu *Locati*, *Mutui*, de *Tranſactione*, de *qualitate monetae*, de *Legatis*, *Oneribusque* ſoluendis, commemoranda eſſent, proxima data occaſione, ſum expoſiturus. Nam nunc meum eo procedit propoſitum, vt natales Candidati noſtri, vitaeque ejus hactenus geſtae curriculum poſteritati commendem:

Nimirum vitae vſuram accepit, Conſultiſſimus Dominus Candidatus

# IOHANNES AVGVSTVS NEVMANNVS.

## MARTISBVRGENSIS

Sede olim Epiſcoporum ſatis celebri, anno MDCCXL. die 29. Iul. Patrem coluit IOH. GOTTOFREDVM NEVMANNVM, Juris vtriuſque Doctorem, nec non Potentiſſimi ac Sereniſſimi Regis Poloniae ac Electoris Saxoniae a ſecretis in Regimine illo Martiſburgenſi, cujus obitum adhuc dolet. Matrem adhuc ſuperſtitem veneratur ERDMVTHAM FRIEDERICAM MARGARETHAM, e gente HERZOGIA, quamque vt Deus O. M. per longum temporis ſpatium adhuc ſartam tectamque conſervet, omnibus efflagitat precibus.

A primis incunabulis praeceptoribus fideliſſimis, cura parentum, traditus BERTSCHIO et BAVERO, poſtquam ex ehebis exceſſit, Gymnaſium Martisburgenſe ſeptem per annos frequentauit, in quo ducem BALTHASERVM HOFFMANNVM, Rectorem, et Kupſerum, Conrectorem, in publicis et privatis doctrinis habuit

buit. Quibus rite inſtructus anno MDCCLVIII. Lipſiam adiit, ibique in album ſtudioſorum a Rectore Magnifico CAROLO ANDREA BELIO inſcriptus. Philoſophiam a B. WINKLERO hauſit, in Hiſtoria Juris edoctus a B. BACHIO, in Jure Canonico a MÜLLERO, in audiendis Regulis Juris a CONRADIO. Maxime vero laetatur, quod Ordinis Juridici nunc Praeſidem, HOMMELIVM et RICHTERVM in Inſtitutionibus, ZOLLERVM et SEGERVM in Pandectis, BEATVM BAVERVM, et me, in modo cauſas in foro agendi, BAVERVM juniorem et FRANKIVM in Jure Feudali, et Publico, Graeſium in Jure Germanico, Praeceptores nactus fuerit. Peractis his ſtudiis Academicis, ab Ordine noſtro anno MDCCLXI. in numerum *Candidatorum*, et paulo poſt, praeſtitis ceteris ſpeciminibus ſuae eruditionis, a Sereniſſimo Electore Saxoniae in numerum Advocatorum receptus eſt Atque cum hactenus cum plauſu cauſas in foro Clientibus ſuis tractauerit, nec non juſtitiam diverſorum Dynaſtarum procurauerit, conſilium coepit, et gradum Doctoris ambiendi. Quare noſtrum Ordinem iterum adiit, rigoroſumque Examen ſubiit, in

in quo ſe ita exhibuit, vt ſuo deſiderio ſatis facere nulli dubitauerimus. Habita itaque die 25. Jul, hora ſecunda Lectione Curſoria in l. 26. Cod. de Admin. Tut. vel Cur. et defenſa d. 26. Jul. diſputatione publica et ſolenni, Promotor a me, more Majorum conſtitutus, Vir Illuſtris atque Excellentiſſimus Dn. D. CHR. LVDEWIG STIEGLITZ, Curiae Supremae, quae Lipſiae viget, et Facultatis noſtrae Aſſeſſor, nec non Senatus Lipſ. Aedilis, jura et privilegia Doctorum omnia, excepta ſpe ſeſſionis in Facultatae noſtra, quondam habendae, poſtea ei tribuet. Cui panegyri, vt RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICVS, CAETERIQVE VTRIVSQVE REIPVBLICAE PROCERES GRAVISSIMI, ILLVSTRISSIMI COMITES, AC RELIQVI COMILITONES GENEROSISSIMI ET NOBILISSIMI, frequenter intereſſe velint, ordinis noſtri, Candidati, meo denique nomine, omnes et ſingulos obſeruantiſſime rogatos cupio. Dabam Lipſiae. Domin. VI. p. Trinitat. MDCC. LXX.

---

LIPSIAE

EX OFFICINA LANGENHEMIA.

VD 18

Sb.

ULB Halle 3
004 997 506

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-415931-p0019-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-415931-p0020-5

17
G. 20. num. 56.
G. 18.
1770, 53
10
P. 48.

# PROCANCELLARIVS

## D. TRAVGOTT THOMASIVS

DOMINVS HEREDITARIVS IN ABTNAVENDORF

FACVLTATIS IVRIDICAE SENIOR

SVMMOS

IN VTROQVE IVRE HONORES

AMPLISSIMO CANDIDATO

IOANNI AVGVSTO NEVMANNO

MARTISBVRGENSI

D. XXVI. IVLII MDCCLXX.

TRIBVENDOS INDICIT

---

*THEMA*

*de*

*Iure mutatae monetae hodiernae.*

KOENFRIED. UNIVERS. ZV HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-415931-p0021-1